

Vide pulchra apud Delr. hic. Denique Statius lib. 11. *Troebaidos* v. 3154

Stat.

*Implevit omnem voce feminea locum.*

*At genitrix primium funesta sortis, ut amens  
Expavit famam (nec tarde credidit) ibat  
Scissa comas, vultuque & pectore nuda cruento,  
Non sexus, decorisque memor.*

Haud ita Abrahamus, sed ut ait pro huiusmodi argumento Seneca ubi supra: *Nihil erat, nisi quod veris dabatur affectibus.*

Quarta expositio.

37 *Ut plangeret & fletet*, non ut in apparatu ferali ostentationem faceret facultatum, sed ut lachrymis exprimeret pignus amillum; & pateret quam digna erat planctu, quam iam non erat, oblati pro anima coniugis Deo Opt. Max. pijs precibus & sacrificijs; modo quo diximus num. 19. Aliquid odor in hoc planctu & fletu: & quantum angustior, plangere & flere hic non idem signant, sed alterutram vel sepulturam, vel funeralem pompam. Ita ut sensus sit: Venit Abraham ut sepeliret coniugem mortuam, & fletet eam: vel venit ut plangeret, & eam sepeliret. Planctus enim in Scriptura saepe fumitur pro sepulchro, & contra. Psalm. 78. v. 3. Postquam insepulturam carniū sanctorum David recolit, & lamentatur, addit: *Effuderunt sanguinem eorum in circuitu Ierusalem, & non erat qui sepeliret.* Id est, qui fletet: quod quidem fumma calamitas, ut vidimus num. 34. In prima acceptione, Ieremias cap. 34. 4, 5. Sedecia dicit: *Morieris, & Ve Domine plangent te:* hoc est, sepelietur: de Ioachim autem cap. 22. 18. *Non plangent eum:* quia uti subdit v. 19. *Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Etiam cap. 16. 6. *Non sepelientur, nec plangentur.* Etiam apud Senecam invenio huiusmodi cogitatum: & etiam in *Troiaid.* Act. ult. v. 1098. succinit:

Plantus vel fletus pro Sepultura.

Senec.

*Non flet à turba omnium, qui fletur.*  
Id est, non flet, qui sepelitur. Dixerat quoque Ovidius lib. 4. *Metam.* Fabul. 34

Ovid.

*At populus lacrymas, quas illa tenebat, Non tenet.*  
Quippe pestilentia sublatas, & illa flebat eiusmodi calamitatem. Hinc claret, quod fletus & planctus nequeant pro eodem assumi; sed planctus pro funere, & fletus pro mœnore, quatenus veniret Abraham, ut coniugem sepeliret, & sepultam vel sepeliendam fletet. Favet Hieronym. Epist. ad Paulam de morte Blefillæ. *Planctum aliquando significare non ipsas lachrymas, aut plangentium exanationem, sed pompam funeris, & exequiarum ornatum.*

Hieron.

Dolor non ostentatio debet esse in luctu.

38 Ideo additur *Eam*. Venit ut eam sepeliret, & non pretiosa cum ea, neque alia faceret more Ethnico, quorum meminimus supra, & præ omnibus feliciter cecidit Lucanus *de Bell. Pharsal.* lib. 6. à v. 535. & lib. 9. v. 173. ubi:

Lucan.

*Geminato verbere plangant.  
Ut primium in fœcia pervenit littora terra;  
Collegit vestes, miserieque insignia Magni  
Armaque, & impressas auro, quas gesserat olim;  
Eruias, pijsasque togas, velamina summo  
Ter conspecta Iovi, fœstisq; intulit igni.  
Ille fuit misera Magni cinis.*

Cod. Theo.

dos. *Enigma de cadavere hermeprobatio. Saepe non retinetur conditionis prioris. Personæ.*

Ut fletet tantum, non ut epulum institueret, & cætera supervacua in apparatu funebri, dum cor totum debebat esse tristitia. Innuit Codex Theodosianus tit. de *Sepulch. violat.* Ubi: *Libertari convenit populi aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur.* Inquiri potest, cur dicitur: *Ut fletet eam*, si cadaver neutrum est? Hinc illud ænigmaticum. *Ælia Lelia nec vir, nec mulier, nec Androgyna, nec puella, nec iuvenis, nec anus, nec puësca, nec impudica, sed omnia.* Expositionem habes hic præcedente *Tautolog.* in *Litter.* num. 24. Saepe nomen retinetur prioris conditionis. Ibi sunt plura attestantia testimonio. Renno lecorum fastidia, & implere, vel potius farcire follia.

39 Hæcine pro Textus explanatione sufficiant: restant Versiones quæ ferè in expositione sparsæ. *Venit Abraham, ut plangeret, & fletet eam.* Syr. *Cæpit Abraham plangere Saram.* Rab. Ionath. *Sedit Abraham ad legendum Saram, & ad stendum eam.* Per. *Venit Abraham, ut consolationem haberet de Sarab, & deseret eam.* Oleastr. *Ut plangeret Sarab, & ut fletet eam.* Arabic. *Ut affligeretur coram mortuo, & ut contristeretur.* Denique Ar. Montan. *Ut amaritudinem exprimeret.* Flectanus igitur calami cursum in aliquod documentum.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Venit, ut plangeret:* & venit, ut exultaret; quoniam ad plangendum venit.
2. *Venit, ut plangeret.* Vivide. Plures veniunt in templum, ut plangantur.
3. *Venit, ut plangeret.* Id est, citò: & planxit, quia citò venit.
4. *Ut plangeret & fletet.* Quis non? *Qui lachrymis gaudet.*
5. *Ut plangeret & fletet;* ne, ni rectè, fleta plangeret.

6. *Ut plangeret, & fletet:* igitur non flet, qui penitens plangit, ni per effusam lachrymam, mortuam animam revocaverit ad vitam.
7. *Plangeret, & fletet;* ut unde maestitudinem, haberet consolationem.
8. *Eam.* Mortua & ipsa? Utique: & quia cadaveris florebat memoria; & quia nullum discrimen pulchritudinis & cadaveris.

DIDASCALIA PRIMA.

*Magnanimi est, in reconciliationem etiam offensum offensorem querere.*

Maxim.

Ach. Bocch.

Quæ cōtentione sunt cor da dixer sa reconciatio- ne fiat in distincta

Eph. 4.

S. Be- ned.

S. Be- ned.

**D**ixit Maximus *Serm.* 7. Magnam sanè, si homo non læserit, à quo læsus: magnum, si etiam læsus, remiserit: magnum, si potens læsici, pepercerit. Comprehendit Achilles Bocchius lib. 2. *Symb.* 44. *Magna animi virtus, numquam si læseris, à quo læsus es: at maior, si læsus spontè remittat: Maxima, si parcas, cui pœsis ipse nocere.*

Hæc maxima: cæterum, ni fallor, est aliquid ultra. In his se vincunt humana corda, sed offenditium & offensorem sunt omnino diversa: aliquid maximis est maius, dum affligit inimicus: igitur reconciliatione cordium averfantium facta, quæ diversa prorsum, sunt cor, & anima una. Hinc Patriarcha N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 4. *Instrum.* 71. (ait) *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire.* Desumpti documentum ex Paulo ad *Ephes.* 4. 26. ubi: *Sol non occidat super iracundiam vestram:* ut si fragilitate humana, bile, sensus abundantia, commota, pateant corda certantium diversis; supportantibus invicem, vi reconciliationis, servent unitatem spiritus in vinculo pacis.

2. Gloriosus Legislator, qui decretum tulit, ibid. cap. 71. in altiora meditante exposit. *Siquis frater leviter senserit animum Prioris cuiuscunque contra se iratum, vel commotum, quamvis modicè, mox sine mora tantum prostratus in terra ante pedes eius iaceat satisfaciens, usque diem benedictione sanetur illa commotio.* Optima in charitatem regula: verum quid si nulla causa? Quid si qui irā commotus non est offensum, imò offensore & verbis & factis: Iaceat in terra prostratus ante pedes Prioris. Quid magni faceret, si veniam peteret ab offenso. Alia est perfectionis magnitudo: & Monacho iuxta *Regulam* incumbit: ante pedes offensoris sese humiliter curvare; quoniam omnino magnum, offensum offensorem in pacem querere.

In luctu Abrahami timor huiusmodi perfectionem. *Venit ut plangeret:* & venit ut exultaret; quoniam ad plangendum venit. Propter mortem speciosè coniugis plangit Abrahamus, quam deplorat oculus. Symbolum patet mortis animæ ob deformitatem culpæ. Deus offenditur: sed venit Abraham, ut plangat, & de morte doleat; siquidem ius est, ut qui fecit delictum, querat feribus offensum. Plangit, quia dolet: quia dolet, venit; ut deponat veniam, qui commisit iniuriam. Hæc homo: altiora Deus; igitur ut quamprimùm redeat miser ad vitam: vel offensum querit, qui fecit offensum. Peccator venit, quippe de anima morte intimè dolet, ac propter dolorem plangit; & Deus misericors venit, ut offensorem querat; quasi ipsi magis, quam dolenti, de morte intromissa doleat.

3. Alluit, qui in illo clementiam uti sublimem cognovit. *Miseriordia tua magna est super me, & eruiisti animam meam ex inferno inferiori.* Ecce ius sanè ex inferno, quisquis eruitur ex culpa, est. Doi clementia; quare in Davide non solum est clementia, sed clementia magna? Aliquid in eius conversione micavit insignia. Sanè. *Misit Dominus Natham ad David.* Deus offensum querere.

Gen. 23. 2. *Amis Dei infigitur, ut ostentetur peccatoris.* Pi. 852. *Regi. 11. 42.* *Est erat*

erat à Davide, & summè coërcvatà iniquitate. Non misit David Prophetam ad Dominum, ut precaretur pro eo. Dominus misit Nathan, ut Princeps reverteretur à peccato. Dei misericordia est, eum querere, & ad illum venire; ut penitentiæ mediâ, divina restaretur amicitia: verum Deum offensum, hominem querere delinquentem in amicitia fractâ restauracionem, ut gaudeat gratia divinâ; profectò patet misericordia magna. Illius cuius interest, est, ac debet esse sollicitudo, ut abalienatorum formetur reconciliatio: & à Domino, peccatorem querente, intenditur gratia; quoniam magna super illum Domini misericordia.

4. Contemplerum Domini amoris artem, & Davidis penitentiâ. Consuetur in criminibus audaciam, atque mentis insipientiam: & consideratis, quæ in articulo digna cogitatione, percussio & intempe- ratorum; exclamat iurè: *Propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. Propter te? Propter quem? Propter Dominum.* Opprobrium propter peccatum. Cur ergo quæ ex peccato, tribuuntur Domino? Querit peccatorem, qui à peccatore querendus in gratiam. Intendit offensum in audacis delinquentis amicitiam; quasi esset querentis utilitas, & non commodo querenti: & dum elementæ divinæ ostenditur magnitudo; opprobrium patitur ratio: siquidem opprobria mentis, beneficio perspicacis, offensi sollicitudines. Par erat, instaurari amicitiam ab eo qui frugerat, sollicitabat. Agnovit Rex penitentiâ, quod cognitio- nem fugiebat errore. Queritur ab offenso: & meritò faciem operit confusio; quoniam ius erat, confusionem operire faciem, dum videbat in offenso amoris demonstratio- nem. Vernaculè. *Era preciso, viendo sine- za tanta, se le cayesse la cara de verguenza.*

5. Quæ mens vestra insensati peccato- res? Quæ cogitatio, dum ista cogitatis? Rationalitatis sanè opprobrium, tantum divini amoris studium. Nos querere Deum, quasi egrotantes medicum, ob subsidium medicinæ, est omnino rationale: verum Deum nos querere & amix, & industria, quasi in vestra medela interesset & sua? O fides amoris magna! Quoties ianuam pectoris pulsavit, ut animum ostium proprio commo- do aperiret? Quotidus passa, ut saltem respiceret pena? Quia amorem pulsantis cognoscit, de redamatione nequaquam sargit: imò fatua amplectitur somnum, quin suspicetur posse transire in lethargum. *Ape-*

*ri mihi soror mea:* dicit Sponsus expulsus. Ideo dum recedit, fingitur Amor claudas, & retrò spectans dubio lumine, an revocetur ab impellente corde: igitur ut ait Ocho Væ- nius *Amor. Emblem. 93. Amor qui desinare potest, numquam vernus fuit.* Stat ergo ad ianuam & pulsât, an foris aperiat. *Aperi mihi.* Vox est dilecti. Tot voces ab amore ob Sponsæ commoda, & furdelscit anima? *Aperi mihi. Mihi:* infortunium ne quod mihi claudas ostia cordis, ac aperias cæteris: igitur expellis bona, & in suum avidè recipis mala. Utilitates arces, & vanitates suscipis. Procedis fatuè. *Aperi mihi.* Peris, si claudis: aperi mihi te perditam quærenti, & te vel ingratan percutenti. *Mihi.* Respice in me, quia ego sum, & loquor ad cor, & quero te in dicitias, dum me querere debebas. Respice me, & respice te, misericordiam & miseriam; amorem & ingratiitudinem, salutem & febrem: igitur erga te ita mei exarsit amoris flamma, ut à me queraris, ellò adultera, ut Sponsa; cum adæquaret magis nomen meretricis, quam fororis. *Aperi mihi soror mea.* Quid enim anima? *Vox dilecti mei pulsantis.* Dilecti? Falleris, & fallis. Diligentis. Si dilexeris, ostia ocluderes? In lecto iaceres? Iaces quia diligeris? Quia dilecti nil respondes? Quam vana fiducia! Cave ne recedas. Ex fiducia orta est audacia: igitur itas, & dilectus vocat. Ellet excusatio, pulsantis nescientia: verum pervicacia summa, iacere sciendo quis pulset in anima. Opprobrium est cordi, ignorare & scire vocem esse dilecti. Claudere cordis cubiculum & agnoscere pulsantem esse Sponsum. O bone Deus! Quid ad te quod pereat, si vult perire? Intimè dolet. Ostendere fatigæ magnitudinem pietatis, demonstratione singulari dilectionis, quæ quidem non esset magna; nisi propria arbitretur hominum commoda.

6. Quam adversi & aversi Christus Dominus & Zachæus! Hic propter usuras leges protriverat, ac in numerum acquisionem, quamnam non frugerat? Lex est avaro nulla habere legem, nec humanitatem. Placuit videre, cuius lex non placuit. Ascendit in arborem, ut poriretur votis; sed preventus est à Christo: igitur vidit illum medicum, priusquam medicum videret agrotus. Summa est necessitatis diligentiâ, cæterum velocior gratia. Præcurrit Zachæus in ascensum, ut videat transeuntem: & Christus videt prius, quia præcurrit præcurrentem. Perniciores nonnumquam pennæ amoris, quam curiositatis. Vidit igitur eum, quia ascendit pulsilus, ut descende-

Cant. 5.

Oh. Vzu.

Quanta Domini dilectio!

Ibid.

Et animæ dilectio: & ingratitudo!

Gratia Christi precepta

In quo magna Dei misericordia.

Pl. 68. 8.

Querit Deus querendus à peccatoribus.

Quis elementis confunditur?

Perseverantia Dei in animæ ratione.

Luc. 19.

5.

Ioan. 4. 41

Querere gratiam adversarij est magis dignitudo elementis.

Præro- gativa gratia, ne offensa procedant ultia.

Reconciliatio ini- micorū, quamprimum.

ret magnus, claro discrimine alta humili- tatis, atque despiciat superbix: dixitque illi Dominus. *Zachæe festinans descende.* Quare? *Quia hodie in domo tua oportet me manere.* Te oportet? Vocat huiusmodi articulus memoriam, ubi ut quereret aliam aberrantem animam; *Oportebat eum transire per Samariam.* Querit offensa violatus, ut nobile clareat pectus, vel ut laser erubescat, ubi in demonstrationem oculos figat: quandoquidem semper magnanimum, querere in reconciliacionem inimicum.

7. *In domo tua oportet me manere.* Quem Domine? Te? *Me.* Hodie me oportet tecum loqui in domo tua, & non de remota manente, sed magis momenti, quippe de tua ac æterna salute. Utique Domine: verum Te? *Me.* Zachæus uti peccator non est agrotus, & tu celestis archiatrus? Est sum. Quem igitur oportet medela vulneris? *Oportet me.* Nonne inimici moribus estis? Nonne aversi? Leges Zachæus perfrigit, tenorem sceleribus dirupit. Iustitiam tuam implorant scelera: manifesta sunt crimina. Tu offensus est: ille audax, & transgressor. Et queris? Dicit ius. Quem enim oportet? *Me.* Arbitrata est vanitas humani cordis, offensum adversarium querere in gratiam, esse celsipsum auctoritatis: & ignorant homines magnitudinem, quam non concipiunt, inter ipsas vanitates, quibus gloriam anxie querunt. Sollicitare offensorem inhonorati gratiam, per supplicem veniam; est iustitia. Invenire, planè gratia: cæterum iniuriâ affectum querere in reconciliacionem offensorem; videlicet elementiam omnimodè singularem.

8. Deinde. Utilitas videtur Zachæi, Christum in eius manere domo; igitur ingressa cuncta bona pariter cum illo: & hanc reconciliacionem vocat Christus propriam utilitatem; quippe expromit articulus (in pectore flagrantis) charitatis magnitudinem. Crescunt suspensibus inter homines offensæ, dum non prohibent, quod valeant inimicitix: & inimici à Christo Domino propria designatur convenientia, ne temporis intervallo iniuriæ procedant ultra. Vernaculè. *Dice, que à si le conviene la reconciliacion; porque no passen los agravios à mas.*

9. *Pende. Hodie in domo tua oportet me manere. Hodie.* Quare? Cras non fiet. Fiet, sed creperum valdè. Si in concordiam reducendi qui inimici; concordandum hodie: igitur dum inter corda mediât aserbis iniuriarum, reconciliatio cordium & quamprimum. *In domo tua.* Auctoritatem plodit, ut in gratiam adversarium amaretur

Tom. II. Taut.

revocet. In his demonstrationibus, quoniam vel fugientis vincula, eminet offensa gloria: & Zachæum non invitat, ellò dignandum, in proprium domicilium, sed se recipit in inimici domum; quippe summam explicat cordis magnanimitatem, querere in domo propria inimicum in gratia conciliacionem. Fugit sepe pax, quippe fugit pacis vinculum, qui alium cogitat offensum; ne testimonio venia fateatur rationem abfuisse iniuriæ: & dum Zachæo in domum Domini venire congruit, Dominus vel offensus in eius habitaculum transit; ut clareat pectoris pietas, & inimici evanescat iniquitas: igitur si omnino deleret memoria iniuriæ pectoris, quando transgressor pulsât inimici fores; quemtam non franger gratia, videntem offensum aggressoris placide tangere limina? Eleganti tylo Hispan. *Ha de ceder à tan nobles instancias, viendo que el ofendido se le ha entrado por sus puertas.* Oportet confusio offensoris vultum, cum viderit in domo propria quasi offensorem offensum.

10. *In domo tua:* utique, ut maneat in domo mea. Tua interest, sed me oportet quæ sunt tua. Intendit Christus, à corde hominum exulare fallaciam, in indissolubilem gratam animis concordiam; & ostendere æquantes corporis flammam, atque innatam erga mortales elementiam. Gratia eius est, quod homo delinquens querat Deum offensum in supplicis utilitatem: cæterum gratia magna, quod Deus offensus in reconciliacionem querat ipsam delinquentem. Injustitia erat, si quereret in vindictam; sed elementia insignis, quod fugientem iustitiam querat in gratiam. Si politiam agendi rationem (Dialecto nostrâ: *Puntillos, razón de estado*) quam cæcè fatuæque non tantum mundus sequitur, sed à primis unguis venarum, haberet celum; nullum hominum hucusquæ esset remissum peccatum. Arguunt, convincunt intellectum in concordiam querendum occurrunt, quia illuminant oculos & lex immaculata, & radij fulgurantis veritatis; verum quasi fuitiles, Platoniæ indicantur cogitationes. *Ignosco audacem transgressori (dicit offensus) esto intempe- ratum auctoritatis proculcata vulnus. Super se deo. Deus scit, cor esse mundum, & pectus immaculatum, ita ut si in afflictione inimicum viderem, quasi amico benefacirem. Absit, quod vel umbra vindictæ regnet in corde. Ignem motu primo fovit pectus, sed abijt & sumus. Bene. Dimidium operis, qui bene cepit, habet. Est aliquid ulterius. Congruit, ut in gratiam mutam restit-*

Est 2

tuan-

Cedit proprio iure, quod salutem intendit adversarij.

Deum, hominem in gratiam querentem, sua gratia.

Excusatio frivola in reconciliacione.

aurantur corda, quæ articulo fallidij, vel aserbitatis videntur averfa. Sciat mundus, quòd dicitis scire colum: pateat, si habes cor, uti crystallum. Per te fiat consilium reconciliatio. Per me? quid dicitis fatue? Despiri: respondet. Auctoritas mea, splendor, honor... alia taceam: Non sat veniunt ininuriam? Haudquaquam. Ambigitur, an ex animo remissio, dum à corde renuitur reconciliatio. Querere inimicum & non in vindictam, sed in gratiam! Uti que. Non sat factum? Nil perfectum. Non sat? Non.

11. Deliquit Adam. Quam patitur cuncti penam, haud dubium, aliuere gravissimam culpam. Offensus fuit Deus: nil ultra. Crimen summum, summa læsa maiestate, & per hominem, quem dudum libidè erexit de pulvere. Crevit scelus, unde oritur excusatio: quæ non audebit, dum ingratus homo? Concessit Deus ex nihilo esse: & ut esset, sicut decebat hominem, suam licet summè distantibus) donavit amicitiam, per iustificantem gratiam, elevans animatum rationale lutum in supernaturalem excelsorem statum. Brevi corruit, qui studuit esse miser: igitur Deo odiosus, ac eius indignatione dignus, rupit amicitie legem, gratiæ unionem: ita fractione in tanta ruina remotis extremis necessitudinis, ut ad hoc quòd eius consolidarentur bases, & fierent utraque unum; necesse fuerit (nobilitatis amoris ingenio) quòd Dei filius subiret hominem, atque pateretur crucem. Sequitur rubor noxam. Vel audacior criminis timet conscientiam. Cum ergo Deus sciat cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, præcipuè si fracta lex (igitur in excusationem iterabunt erratum, si coartantur proficeri unum) exivit querere aggressorem, ne desperatus inculcasset crimen, dicens: Ubi es?

12. Quòd te timidum fas est, subducere corpus? Sed verum nefas est, pavido fraudare latebram. Quam vasit iaceas & non celere tenebris, Voce vocans ubi sis pariter te status utrumque. Nam cur te cernens quaris Deus? Cur ubi sis quaris, nisi quòd te more doloris Lapsum sponte tua secum non esse fatetur, Et celo sessidisse sacro?

Modulatur Marius Victor lib. 1. Genes. v. 456. Odiunt Dei Adamum pravariatione contraxit: sed illicet ut lapsus, ne præceptis rueret; Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? Hæc merito intente consideranda.

12. Deus est offensus: inimicus Dei est Adamus: & inaudito scelere posuit homo Deum contrarium sibi. Fugit homo iusti-

tiam, & Deus vocavit Adamum in gratiam: quis refugere audeat, dum ille & ita placide vocat? Vocavit Adam. Non vocat, ut puniatur, sed ut Adamus responderet, & respondens respiceret. Blandè se gerit, vel dum agit iudicem: igitur palam confuso, & tacite confesso proponit criminis causam, ut vocet in penitentiam. Vocat. Haud nominis est oblitus, uti affectat saepe offensus: & expressione nominis ostendit benevolentiam, ut offensi suavitate in prostram revertatur amicitiam. Vocat, ut vocatus revocetur: rapta et ut reductur; quin multi filij Adam respondeant, dum ita clementia iudicis clamant: quandoquidem ob voluntatem amarissimam criminis, despicitur voces uque, quaque vocantis.

13. Vocavit Deus Adam & dixit ei. Non tantum loquitur, sed cum illo loquitur. Interdum inter homines regnat implacabile odium, quoniam inimicorum non auditur ullum verbum. Ideo ex mea sententia homines non quia inimici verba mutò non proferunt; se quia mutò non loquuntur, sunt inimici. Multoties reconciliatio est utilitas utriusque, desiderata ab utroque: & persisit discordia inimicitie, quoniam neuter cepit loqui. Offensus erat Adamus crimine Deus, pravariator Adamus, quem quidem vocat, ut crimen lacrymis diluat: & ut facilius in reconciliationem trahatur; Deus qui offensus primus loquitur.

14. Cæterum quid? Ubi es? Ut pellat in noxæ odium, exponit statum: ut demulcat in penitentiam, demonstrat ruinam: ut ducat in dolorem, ostendit peccati infelicitatem. Non dixit: Perdidit, Proditor, Perduellis, Audax, Maiestas mea, lex, auctoritas &c. sed Ubi es? q. d. vel signaret: Quòd ruerit, quid perdidit, quæ vita sequatur, quanto aliud iam sit, dum se querit & non invenit, quanto mutatus, quò mali expertus pœnas crudeles expertus; ut potius videret in iudice advocatum, quam in censore flagellum. Distant quibus incumbit animarum medicamen, eas arte disponere in scelerum confessionem. Bona verba, verba consolatoria, verba blanda, ut ulterò fateantur crimina; etenim semel ingressa in cor aversione de criminibus; post est gravem, penam & supplicium amplectentur obvijs manibus.

15. Ergo principali instituto. Vocat Dominus Adamum, dicens post eius lapsum: Ubi es? Domine, quid tibi amicitia Adam? Si recedit, quid ad te? Pendent ne à familiaritate hominis & ingrati gloriæ turæ? A natura ita vili quodnam emolumentum

Homines ubi sunt vocis Dei vocantis in penitentiam.

Exemplum & amor Dei pro reconciliatio peccatoris.

Præsentia necessitas Chrisi facti.

auctoramini? Quisnam splendor à deurpante decorum, & ombumbrante, quoad potest, inaccessibleem lucem? Quid non expectandum à corde pravo, ab intellectu stupido, ac pectore ingrato? Vel memoria fallidiosa. Clamat à dignato, & in auctorem iniuria. Quid ad te? Ipse viderit. Respicat sua. Nonne tibi manent, estis rumpatur divinitatis stemmata? Cuius interest? Cuiam referret? Quis est offensus? Quis iniquus, & contumeliosus? Si cui plurimi amicitia confert, nihil pendit; honor tunc recordatione vilescit, imò despicitur, celsitas exauctoratur. Si ille tui immemor, tu non oblivionis memor? Favebit memoria, cuius abdicetur gratia? Ne acinis & humilis veniam deponat; si intendit perire, preat. Quid ad te? Quid ergo cordati, dicent? Magna, qui fuerint cordati. Ita cogitat inter homines vanissima auctoritas, quæ vanitas vanitatum & omnia vanitas. Dissert plurimum politica cæli à politica mundi. Adamus ut sibi consuleret, Dominum debebat querere, lacrymis placare, præoccupare faciem eius in confessione, dolere de vulnere, & præ dolore flere; ut ora vulnerum cordis faterentur confusionem ingrati pectoris: minime Deum deere videbatur, quòd Adamum fugientem sequeretur: & Deus delinquentem inquirat, de vulnerato satagit in gratiam, quamvis sustinuit offensam; quoniam qui intendit nasci inimicorum reconciliationem, vel summam debet proterere status auctoritatem.

16. Observa. Ubi es Adam? Ubi est Adam, si sum hic? Si Adam mecum non reconciliatur, impenitens spontè morietur: minime iam habebit excusationem, meam modò fugiens familiaritatem: igitur venio ad illum, ut ille veniat: sto ad ostium, & pulso. Visceribus misericordie quero delinquentem, me non querat Adamus misericordem? Ubi est? Requirit penitens, accedat supplex: licet peccatum summum, ecce adsum. Ego quero offensus: non quæret, ut parcam, ignominiosus? Ecce ego. Quid? Adam ubi est? Ignoscendus recedit? Condonaturus adest. O natura vilis! Ubi est? Tanti amoris demonstratio erga conditionem ingratam? Magnam demonstrare intendit Dominum erga lapsum misericordiam: magna dilectionis fides, est Dominus criminis cuspidè punctus: docet quid in iniuria facturum nobile peccus: igitur pessumdedit tantæ, uti divine, splendorem maiestatis, in prima recenti oblivione honoris, cum Princeps supremus esset; ut hominem despiciabilem suæ gratiæ reconciliaret.

Cadit au floritate quibusdum inimici reconciliatio.

Abdicatur maiestas ubi inimici sollicitur inuitat.

In nulla sede morantur. Maiestas & amor. Saepe obstat maiestas, ut reconciliationis obtineatur utilitas: & ductus amore, qui fulget maiestate in documentum hominum; exit querere in reconciliationem inimicum.

17. Modò igitur Aulci, filij sæculi, qui tanta cogitatis de auctoraminis læsione, vel libertate; dicite: Deus num in honoratus mansit, quia Adamum inimicum gratiæ quæsit? Dum misit amicum ut loqueretur Davidem, in amicitia divinæ utilitatem, ut prisca rediret cordium familiaritas; Domini forsàn est devenuta maiestas? Nullo modo. Cur ergo à vobis, nisi sanguine renuitur reconciliatio? Qua lege homo querens inimicum ad reconciliationem, inter vos non habebit auctoritatem? Hæc ferenda propter amantiam cogitationis, vel iuxta prudentiam legis? Honor vester amplior est, ac delicatior, quam Dei honor? Erit maior offensa, gravius iniuria? Fides vestra, ornatus, decor, maiestas, dignitas, splendor, atque auctoritas? Fugiat apodosis (Nos: Co, tejo.) conditionis, in tanto discrimine maiestatis. Ergo fateri debetis, offensum querentem inimicum in reconciliationem, altimabiliorum obtinere auctoritatem & expectatissimam gloriam; vel auctoritatem vestram esse phantasticam. Unde in phantasticis læsi iudicij bradeatas futilli honore, maiestatis specie, haud diriguntur discretionis gladij.

18. Cogitatio nostra saepe inimica nobis. Non iuxta factum sese gerit ratio in discrimine vindictæ, sed iuxta fidem à cogitatione. Vivida est apprehensio humana, & sibi nocua. Qui sibi inimicum illatam cogitat, non inimicum, nec ab inimico, sed ipse se vulnerat. Fateretur profectò in dedecoris prolatione defectum intelligentiæ: & ubi non est intellectus, argumenti non est modus. Quænam non orta ex principio falso? Est ens rationis sine fundamento. Hosten amaritudo fingit, & cor se meritò percucit: igitur homo non habet vulnus, nisi esset fatuus. Si qui averfi adessent simul, nullum esset vel satagenti iniuriarum argumentum, quoniam ens inficiaretur suppositum: & quæ iniuriæ peccus in vindictam urgebant quasi veræ, apparet omnino iudicæ, pinctæ, phantastica, dignæ offensi rubore, & non inimici sanguine. Hæc cunctis clara, atque rationi consona: sed sunt plerique ita tenaces propositi, ita in honore, atque auctoritate delicatissimi; ut prius velint pati infernum, quam indulgere apicem auctoritatum.

Ovid.

Vana huiusmodi ratio, ne cadant inimice.

Offensa phantastica.

Medela carum.

Nota

Cognoscitur culpa in ganna.

Mar. Vid.

Genes. 321.

19 Notæ omnibus iniuriæ, quas placide Lazarus pertulit ab Epulone. Fautus hic à fortuna, videnti in ludo perituram gloriam, quasi pro gratia ingrediens & egrediens pauperi faucio largiebatur contumeliam. Hæc est gratia magnarum: requirere patrocinium. Versa est ergo scena, & fortuna: uti assoler, favim quem oderat, & aversata est, cui proposito fayerat: quo embolio descendit felix in flammam inferni, & miser ascendit in sinum Abrahæ. Respicite finem: contemplantini æternitatem, non status momentanei conditionem. Ut magis æstuet dives calore invidiæ, quàm flammæ; & flamma gloriam prospexit inimici despecti. Scabatur: nihilominus tamen siti motus, petijt ut Abraham mitteret Lazarum in refrigerium. *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum.* Multa moerent in fastidium, sed magis pungit in impatientiam dominium phantasticum. Quòd cum viveret, uti insolens & arrogans, inopem traheret, & retraheret iustus, excusati poterat superbià maiestatis, & independentia à voluntate inopis; igitur plauduntur in sæculo uti gratiæ, horum Thrasionem iniuriæ. Quis à quo pendet? Miser à fortunato, vel fortunatus à misero? Lazarus ab Epulone, vel hic à Lazaro? Quis fuit offensus? Mendicus. Bene. Nonne congruebat, vel ratione status, ut reus veniret supplex ad offensum, & nequam quòd offensus veniret visere fastidientem in ergastulum? Capitur votis, quòd obtineri nequit. Sors sanè felix, si exiret. Quare igitur non petit vehi, ubi cum Lazaro quiescat sed quòd Lazarus veniat, ubi illum flamma trucidat? Vixerat in mundo erga inimicos affectato odio, deaurato bracteis auctoritatis, atque gradu & apicibus honoris. Hispanè: *Avia ovisudo en el mundo a lo señor.* Vel inferenti iniuriam, offensus petebat veniam: & quamvis flamma gravat, infamia novà, tubet, quòd Lazarus veniat; quippe estò crucietur igne, vel in inferno vult esse cum maiestate. Vividè, vernacule: *Se estárà su Excelencia en el inferno, por no perder de su punto.* Pereat anima, modò auctoritas non pereat. Eric in inferno, quicquid & quomodo in mundo. Non fallitur. Servatur honos: opera enim illorum sequuntur illos.

Magnam in iuriis dicantur gratia.

Enc. 16. 24.

Magnas esse cruciaturas, non curvatur.

Ecl. 1. 9.

21 O stupidi! Luitis pœnas phantasticarum vestrarum cogitationum. Fingitis honoris statum, ut verè figur; & adinstat Perilli stultis cruciamen, quod artifices gravat. Non solum honor, sed honor vestri species est fallax & falsa, quæ magis splendorem obumbrat, quàm decorat. Sequimini Deum, ut sitis filij patris vestri, & minime diaboli; cum ille quærat delinquentem in reconciliationem, ob ipsius offenditis utilitatem. Dei & vestra est excellentia, igitur in huiusmodi exauctoritate nititur maior auctoritas, & animi, amorisque rutilat magnitudo, dum confusio indulgentiæ prodest etiam ad versario. Canit vel Ethicus, de VI. *Consul. Honor. v. 248.*  
*Nulla est victoria maior, Quàm que confessas animo quoque subingat hostes.*

Deliria boniã conor a diam suã gentiã

Quam stupidi

Claud.

Chryso stom.

Gen. 28. 17.

DIDASCALIA II.

Deus irascitur, dum in eius templa immodeste homines ingrediuntur.

1 Profert Chryso stomus. *Homil. 15. in Epist. ad Hebr.* Profecto. Domum Dei decet sanctitudo. Dominus est in loco isto. Decet impudenter ingredi, vel inconsulto loqui; ubi nefas à lacobo iudicatur, vel incuriosè dormire? *Terribilis est locus iste.* Excusabit piaculum, percire locum. Verum quomodo terribilis, si domus Dei, & ibi porta celestis? Quoniam per impudentiam, & audaciam, sibi occultud beatitudinis portam; terribilique pa-

Templum de stantium venis, irroventia hominet tradunt sitioni.

Ovid.

Senec.

Genes. 23. 2. Non ingrediuntur ut plangant, sed ut plangan tur.

Symbolum in vidia.

Simulachra Deorum ca. 24.

Maiores infelicitas Dei absentia, quam ca lamitã.

22 pater, quòd ubi porta cæli, porta sic batri, provocantibus in ultionem iustitiam, dum ingrediuntur in templum peccare misericordiam. Ingrediuntur in templum, quasi procederent in theatrum: igitur quasi nulla esset loci sacri differentia, utrobique proceras concinnant crimina.

*Peccandi causam quam multis sepe dederunt! Hic sedet ignoto iuncta puella viro.*

*Cum quadam spatiuntur in hac, ut amator eodem*

*Conveniat; quare porticus ulla patet?*

*Qui locus est templis aqussior? Hac quoque vivit,*

*In culpam si qua est ingeniosa suam.*

Canit Ovidius lib. 2. *Trist. Eleg. unic. Egredi Ariopoteles ait* (Seneca lib. 7. *qq. natur. cap. 30.*) *numquam nos verecundiores esse debere, quàm cum de Dijs agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vulum submitimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestie fingimur; quanto hoc magis facere debemus &c.* Heu! Mœnent Ethnici, & rident Catholici? Aptè dum venit Abraham, ut coniugis mortuæ celebraret feralem pompam, ac in venerabilem traderet sepulcrum: dicitur, quòd venit, *Ut plangeret & fletet.* Quis enim non flet, si plangit? Qui procedunt in sacra, cum immodestia: siquidem non ut plangant ingrediuntur in templum, sed ut plangantur.

2 Apud Ethnicos inolevit, simulachra Deorum consurgit vinculis, in eorum celebrioribus aris. Vide Vincentium Chartarium in *Imag. Mercurij*, Rhenanum in *Ludum Claudij* Senec. Videtur enim nefas apud illos esse, mereri statum: cum potius quàm in thronum traderentur in custodiam. Ingenium læret invidia sub larva venerationis, quippe re verà opprobrium, dum cultus lucet species. Herculem, & Martem Lacedæmones compediibus aggravarunt: Harpocratem, seu Consuem Romani sub terra, quasi in latumijs coluerunt. Athenienses decurrunt pennas Fortune (non tantumquam infelices vel in fortuna plumæ, quæ pennæ) Scythæ truncam pedibus venerabantur in ara; quoniam verà felicitas, si esset immota. Eorum cogitatio astruebat, quàm futillis potestas Divorum, siquidem meriebantur iuxta Divorum ambitum: Deos habebant in patrocinium calamitatum & afflictionis, ut per illos liberarentur a malis: suspicantesque propter peccatum Deitatis absentiam, vinculis venerationis alligabant in custodiam: igitur in strage impendente maior clades, non habere in templo Deum

ad quem confugere possint. Ad pietatem consequendam eriguntur delubra, quippe ibi quasi in domo propria Divorum iudicabatur reposita gratia: & simulachra Deorum (quos anxie venerantur) catenis religiose obstringuntur; quippe in malis, quæ frequenter pectora gravant, & patrocinio, quòd in delubris expectant, excedit dolorem, atque acerbitalis amplioris amaritudinem, pietatem in templo querere, & in illo nec invenire pietatem. Gravis minuitur doloris, dum exprimitur; & maxime si suspirijs in cælum usque levatur. Si abesse Deus, quodnam solarium irruente consistit? Unde statua Deorum vinculis detinentur in templo; & quoniam maior infelicitas Dei absentia, quam calamitas: igitur acerbioris mali summam; ire in sanctuarium, & non invenire Deum.

3 Cogitabant Deorum beneficentiam dumtaxat in & erga Civitatem, à qua accipiebant cultum, & venerationem. Haud per immentitatem arbitrabantur patrocinium, sed tantummodò pro locum: verum ibi nec actio, nec cogitatio illos læbaret; & quippe quàm illis summa vigilantia, in cunctis, ac singulorum custodia. Dificant Præsules, potissime Episcopi, qui in Ecclesiâ rationales Dei statua, custodie templum, servare gregem commissum, ligari vinculis muneris, ne pereat aliquid propter absentiam pastoris. Duplici intuitu quamlibet Deorum vinciebant statum: scilicet propter permanentiam & presentiam. Permanentia erat in publicam utilitatem, presentia in singularem circumspeditionem. Illa in patrocinium supplicum, hæc in observantiam legum: igitur vel in homine cæco & audaci impossibilis iudicabatur cogitatio, Dei proterendæ legis, & coram Deo. Maestas retinebat eisdem vinculis corda, quibus detinebantur simulachra: & quamvis oppositè videantur manica, & victimæ, deservunt sanè cautioni: igitur vel audaciam cohibebat furentis, inviolabilis reverentia maiestatis. Ibi Dij erunt, si homines vincit sui timore Deorum: quoniam horum experientur permanentiam & gratiam; modò habeant accedentes in sanctuarium reverentiam.

4 Proh Superi! Haud vox Stentoris apta in audaciam Catholicorum, templa præruptè ingreditur. *In aulam regiam intraturus* (subdit Chryso stomus ubi supr.) *& habitu, & oculis, & inessu, & in cunctis alijs componis, & ornas tenet ipsum: in templum autem ingressurus, ubi verè aula regia est, & talis qualis est celestis, videt Templum iam non templum, sed theatrum; cul-*

Ire in sanctuarium, non invenire Deum

Absentia Presulum subditis non cura.

Del conia sicutatio presentia fra am audacia.

Chry. 101. Quanta reverentia in templis

cultus videtur locus, Ecclesia forum, atque murmur obloquentium; quin veniat in mentem, Deum esse præsentem & offensum in propria domo per hominem. Cultus vestium nimitus, muliercularum ornatus, gellus impudentia, celebrata inverecundia, impudica colloquia, officiosa verba, plena vanitatis uti aulica, videntur & audiuntur in Ecclesia. Si in officijs sæculi observatur ab hominibus veste & vultu conformari functionibus (igitur nemo pullatus vadit ad nuptias, neque purpuratus ad exequias) visere Deum in cruce pendentem, docentem proterere vanitatem, vocantem ad penitentiam, & quæri in pompam vestimentum elegantiam; patebit sanè ludibrium: quandoquidem vel inter homines iudicaretur insanum: si ita culti, & repunitati processissent in luctum. Vulgò. *Por locura la juzgarán los hombres, si vestidos de gala ázeran los peflamas.*

5 Recolitur memoria pafsionis Christi in hebdomada penosa, & relaxatione morum spectantur Bacchanalia. Quicquid Stationibus & Processionibus ab inconfideratis agit, ab Ezechiele adequatè describitur. Adductus est in Jerusalem in visione Dei, *Iuxta ostium: ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam emulationem.* Id est, iram Dei: iurè, siquidem cum templum deceat ingrediendum sanctitudo; est maior abominatio, quod vitia dearentur ingredientibus, specie veneranda sanctitatis: igitur quæ revelata facie meritò vel à solutiori arcentur; larvæ sanctitatis procul obice ingrediuntur: & dum cogitatur Dei exarsuans pectore zelus, invenitur zeli simulachrum & non amplius. In introitu idolum zeli divini honoris, in templo zelus Dei ut velum iniquitatis. Aliqua diximus Tautolog. 1. Didasc. 4. num. 3. Tautolog. 4. Didasc. 2. num. 6. & latè Didasc. 3. à num. 19.

6 Percussus animo travitit introrsum: *Et ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.* Quisquis videret in introitu zelum, arbitrareretur sanctuarium, uti sanctuarium: & ibi servabantur reptilia & animalia, ministrorum vitia; quoniam sancto velamine & specie mysteriorum, pingebant faciem cultarum iniquitatum. Ecce signum pravitatis: facie rutilat pulchrà, in corde cuncta venena. Hisp. *Malas sabandijas, todo sapos, y culebras.* Ut mores reformentur, templa redificentur: & ubi introitus ornatur zelo, in penetrabilibus circumspicitur reptilium similitudo; ut facilius sit anima-

Quantum abusu!

Ezec. 8.

Crimina reguntur sanctitatis larvæ

Verf. 10

Malum sumum si in templo scandalum.

rum iactura, dum per oculos etiam hauriunt venena. Hinc depicta idola in pariete in circuitu per totum. Nulla pars parietis vacua, ut anima esset abominatio plena: siquidem ingrediens in abdita, sine discrimine nec oculos quibat versus cælum elevare; cum quærentem penitentie gratiam, effigies pictæ provocarent in luxuriam. Hoc est templum? Hæc doctrina ministrorum? Hoc sine scandalum ingredientium: quandoquidem inveniebant introeuntes reptilia venenata, dum vulneribus in templo quærebatur medicina.

7 Alius actus in huiusmodi tragœdia. *Septuaginta viri de senioribus Israël* adolebant incensam picturam reptilium & animalium. Si hæc senes, quid horum exemplo non facerent iuvenes? Seniores erant, quia in senata primi, & idola venerabantur in abditis templi. Plerumque enim Primates vel in sacris sunt insolentiores. Vanis simulachris corda offerrebat in fumo. Ita templi & in templo veneratio? Hæc est solemnitas? Hæc iniquitas, & extrema audacia; siquidem titulo obsequij ingrediuntur in sanctuarium, ut venerentur idola. Est aliquid ultra? Est.

8 *Ecce ibi mulieres sedebant plangentis Adonidem.* Hæc necne statio feminarum. Aptus locus templum videtur, ut vita earum solutissima plangatur, & oculus ex corde amarissimo liquore, purgentur ritè, atque abluantur animæ; igitur aqua parissima lachrymarum ignis extinguitur cordium. Sed hem! Haud flebant iniquitatem: sedebant miseræ plangentis Adonidem. Haud animas perditas, & perituras plangebant, Amasium tantum plorabant; ut in lachrymis pateret dilectio peccatoris. Quisquis audiret fletum, & ex imo suspiria, cogitaret dirigi in commissa peccata; & erat iniquitas, quæ pectus dolore premebat in lachrymas: igitur larva pietatis & devotionis, plorabant in mortuo Adonide evanescentem occasionem Veneris. Obiter nota conditionem lascivix, vel dum adorat pectus. Quid in dolore, si in adoratione plandus?

9 Etiam est alia scena. *In ostio templi quasi vigintiquinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis.* En spectaculum floridorum adolescentium, vel puerorum centum annorum, qui comitantur Crucifixi imaginem, quasi sequerentur meretricem: igitur si qualibet transeat femina, in illa dirigunt lumina, intendentes in colloquium, ac dorsa habentes impudenter contra templum; quosque adveniat alia, quam

Ibidem

Verf. 12

Extrema audacia in templo adorare idola.

Verf. 14

Fletus male collocatus.

Conditio lasciviorum.

Verf. 16

quam adorant uti Solem, cum deservire possit in penitendiam. Quidnam boni in huiusmodi obsequio? Ubi mysteriorum, atque beneficiorum cogitatio? Ubi pafsionis memoria? Ubi ex tanta pena pena: Ubi insitutio Christiana? Ubi doctrina Catholica? Quid dicit Heterodoxi? Quid Ethnici? Ethnici hoc faciunt? Ubi fides? Cuncta sunt absque ulla legis consideratione, dum nulla ex tot beneficijs vel reprimuntur, vel moderantur audacia.

10 Hæc est Ezechielis visio, & Catholicorum relaxatio. Modò nota. Videt Propheta cuncta, & illi dicitur: *Fili hominis putas ne vides tu quid isti faciunt?* Singularis propositio! Videt sanè Propheta. Cur interrogatur, an videat visa? Si patent oculis, quid erit ambiguitatis? Fidem habebant; sed abominaciones, quasi non haberent, adorabant. Crevit iniquitas in crimina, ita enormia, ut in homine fideli crederentur omninò impossibilia: diciturque videtur videri Propheta, an videat certè quæ videt; quoniam crimen malitix modum excedit: & dum crescat in summum, nullo modo creduntur, vel quæ videtur.

11 Observa quid dicit proditor Iudas. Exponitur à Magistro inorme eius crimen, & respondit: *Numquid ego sum Rabbi?* Perfide adhuc fallere conaris, cuius cognitio nequit falli? Omnia nuda & aperta sunt ei. Scrutatur renes & corda, tuaque eum minime later peridia. Non fallis, falleris. Quid dicis? Tu scis esse, & de te interrogas? Temet ignoras? Uti que. Crevit in summum iniquitas: & ita crevit, quòd delictum non crederet, vel qui commisit. Ita proponuntur Ezechielis crimina excessiva. Israëlitiçi populi. Videt, & interrogatur, an credibile, quod vident oculi: siquidem huiusmodi operationes potius videntur demonum, quam hominum. *Putas ne vides?* Longè iudicium à visis, exorbitantia ingentis iniquitatis: quippequam talia crimina in fidelibus non crederet, ni vidisset. Quis crederet templum transfumatam in theatrum? Quod videtur, vel vigili videtur somnium. Idola in templo, in sacris abominatio, indui vitia virtutum larvæ, sunt credibilia? Putas videre, quæ putas? Vides, quæ cernis? Decit à visis fides, igitur eò crevit abominatio; ut minime crederetur fieri posse in sacro templo, quæ refrigerent in domo.

12 Hæc igitur in Sanctuario facta. Manebunt inulta: *Non parceret oculus meus, nec miserebor, & cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam:* igitur ibi excitantur sopitam iram, ubi semper inveniant quem clament. *Non exaudiam,* quamvis clamaverint, & voce magna doloris cælos impleverint: quippe, si ut isti hic invenerint solatium, exstrui decrevi, ut thronum pietatis, templum: corrupto ab iniqui-

Verf. 6.

Peccata enormia non creduntur, est visio.

Matth. 26. 25.

Nec qui committit, credit.

Crimen incredibile præfationis Saurij.

Verf. 18

niebant vigilem misericordiam. *Non parceret oculus meus.* Ita qui misericors commotus? Iurè. Pende. *Vide* (dicitur Propheta) *abominaciones pessimas, quas isti faciunt hic.* Propodium, quòd indulgeret fieri, quæ toto corde ius erat abominari. Præterea *Quæ*; aramen observa *Ubi & Qui.* Vide *Quid isti faciunt hic.* Quasi non lat iniquitas in audaciam, & impudentiam; prolongaverunt iniquitatem suam. *Isti.* Qui sunt isti? Qui maxime dignari. Quos illustrat fides, & cognitio maiestatis: qui seiant sanctuarium meum esse pietatis thronum. Quis crederet ab istis; inaudite eruptionem iniquitatis? Malum, quòd facerent Ethnici; sed excusationem haberent, eò quòd divinitatem nescirent: exterum nec ullum micat estugium excusationis, dum thronus meus profanatur ab istis. *Isti & hic.* Pervenit amentia, ubi non ultra, vel ubi regnat impudenter pervercacia: etenim hic ubi beneficium sedeo, prævaluit abominatio. *Hic.* Summa est iniquitas, quam non reprimat auctoritas, & quæ abdicat maiestas. *Hic.* Super. excedit substantia criminis, præsentia iudicis: & dum iudicem præsentem non timent, quæ non faciunt? *Hic.* Proteritur reverentia Sanctuarij; & etiam Deitatis cognitione! Patet in pectore pravitas magnoitudo, ubi præcipites irruunt in crimina coram Deo. Quòd extra traherent proprijs voluptatis, atque proclivitatis affectibus; malum est: exterum hic? & *Isti*? & Catholicis? Cælum provocant in ultionem, quippe tantam nequit sustinere iniquitatem: quæ crescit quidem in summum, dum criminibus sacrum polluitur templum.

13 *Isti hic.* Quomodò parcam, si delicta coram? Hic ubi gratia? Iam non est ad tot crimina patientia: non exaudiam, estò patiens: quoniam quam à templo pietatem expulerunt, non invenient. Templum statuitur ut à malis homines per misericordiam liberentur; ac cum per crimina à templo exularet, & procul fugeret; nil mirum, quòd non invenirent in conflictu, quam cicerunt è templo. *Non exaudiam:* imò *paucul recedam* à Sanctuario; ut magis illos, cum venerit, premat afflictio: igitur destructa pietatis sede, iniquitatis molimine; si pœnis anxiantur pectus, haud habebant iniqui, quò verant oculos. *Non exaudiam, sed procul recedam:* siquidem nolentes misericordem, nec inveniant ad quem clament. *Non exaudiam,* quamvis clamaverint, & voce magna doloris cælos impleverint: quippe, si ut isti hic invenerint solatium, exstrui decrevi, ut thronum pietatis, templum: corrupto ab iniqui-

Verf. 9.

Provo: cant Dei iræ, qui templa criminis violant.

Verf. 6.

Non inveniunt refugium in refugio.

tate, haud locus erit clementiae, dum isti, & hic violarunt auctoritatem Sanctuarij.

14 Fugit iram Domini, qui ad Dominum fugit, ne veniat ira. Canit Marius Victor. lib. 1. Genes. v. 453.

Mar. Vic. Ille potest Dominum fugiens evadere summum, Qui fugit ad Dominum.

Fugit Dominum iratum, qui fugit ad Dominum. Misera fors transgressorem gravat, si non habet ubi fugiat. Unde postulo iniquitate Sanctuario, impudenti decreto, violans non habet effugium, nec confugium quoniam quod habebat ad manum, destruxit templum.

Nec satis hoc trepidis: quid agant, qua crimen inultum

Seque ipsos fugiant. Cuperunt, si forte pateant.

Condere se terris: adeo contermina paene Culpa sua est.

Ubi fugiet? Ubi cruciamina premant, quia tantam corde fovit audaciam: ubi experiat in alionem offensae Domini commotam iram: igitur supplicia respondent crimini, & tormenta contumeliae: quae cunctis maior, dum Dei despiciunt honor. Si coram iudice paratiret iniquitas, in graviore supplicio argueretur acerbitas. Si admittitur crimen, plectitur iuxta legem: verum coram Maiestate? Non aequat excessus poenae. Est irreverentia, & culpa: quae quidem licet perfacile remittatur, irreverentia tamen severissime puniatur.

15 Misericors Dominus & patiens, cuius iustitiam clementia excedit (fas sit dicere, dum ita studet criminum indulgentiae) Ieremiae pro populo oranti dixit: Noli orare pro populo hoc, neque assumas pro eis laudem & orationem, & non obstitas mihi, quia non exaudiam te. Preces semper iustorum amplectitur Dominus, & modò furdus? Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Quare modò inexorabilis, derogata lege amoris? Fecerunt mala in oculis meis: dicit Dominus. Posuerunt offendicula in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam. Adulteri, homicidae, periuri frugerunt legem, propriam sequentes voluptatem. Ego vidi: sed clementer indulgē, & quasi non vidissem, de poena tacui: at tamen non pietatis indulgentia, & misericordia, eò crevit pravitate libetias, ut in domo mea sacraretur iniquitas. In oculis meis fecerunt mala: & minime parcam, quantumvis pro eis implores misericordiam: quoniam licet per te facul condonarem culpam, nec per te, nec per me remittam irreverentiam.

16 Dominus & pater sum. Si dominus,

Templi irreverentia Dei excusa desit in fine.

Ier. 7. 16.

Verf. 10

Verf. 11

Non remittitur.

ubi timor? Si pater, ubi ex honor? Nec hos nec timor coram oculis est, ut caveat, vel paveat cor: & nequaquam exaudiam deprecantem; eò quòd meum proculcaverunt honorem. Timor oritur ex ingruentia malorum: honor autem ex collatione gratiam. Timor ex lege, quae vibrat in transgressores supplicium. Honor ex amore, qui invitatur ad primum. Nec bona movent, nec mala terrent: eum creverit ita audacia; ut mala lege prohibita, fecerint in domo mea: & non exaudiam, quantumvis magnam voces in opem clementiam: igitur licet possim connivere, quid fecerint contra legem, indulgere nolo despectam auctoritatem.

17 In templum ascendebant afflicti, ut removerent confugio afflictiones, & minime iniquitates; quibus dicitur: Nolite considerare in verbis mendacij, dicentes, Templum Domini, templum Domini est: igitur vanum omnino, cum delicta non delect adoratio, sed poenitudo. Adorant illudentes: quoniam lingua plena laude, & pectus crimine. Mendacium est, eum corda sint lapidea, & genua flexa: commoto in iram stomacho fraudulenter adorati, quia praesertur iniquitas sub habitu poenitentiae. Mendacium est: igitur venerabile templum, scelere faciunt speluncam latronum. Mendacium, quoniam templum non templum: siquidem in templo latebant scelera, quae minime invenirentur in latronum spelunca. Non procedunt ut adorent, sed ut larvā adorationis foveantur iniquitates. Quia templum est, illis videtur deaurare substantiam criminis: & iuste deputantur transgressorum poenis; quippe ibi construebant iniquitatem, ubi & quo moveri debebant in compunctionem. Thronus misericordiarum statuitur templum, & eorum vana fiducia erit mendacium; igitur quod cogitant thronum pietatis, tribunal erit, quia pollentur, iudicis: quandoquidem acerbiores patiuntur criminum poenas, ubi criminibus inveniebant ampliores misericordias.

18 Causa inspicienda. In oculis meis posuerunt offendicula in domo mea, ut polluerent eam. Titulo reverentiae ascendebant in templum, & in templo venerantur idolium: iure excandescit poenitentia furor bilis, ut vel pietas fludeat gravissimis poenis: etenim etiam misericordiae intolerabile, ut adoratio quae tribuitur Deo, malicia cordis confectur idolo. Aegre fertur irreverentia, magis urget zelotypia: & ibi iustitia fedet, ubi amafius dilectionem constituit: ut ulciscatur feverē iuxta apices legis, neglectum honoris, & irreverentiam maiestatis: quandoquidem im-

Gravissimi vultus in legis torem, quam in legem.

Verf. 4.

Grave cruciamen, in patrocinio inveniri rigorem.

Aegre fertur Deus sibi deicari coram.

importabile; quòd in domo mea mihi dirigantur adorationis exterioris signa, & simulachris vanitatis dicentur avide corda.

Sunt idola affectuum, scandalosa in via vita. Templum via regia sine obice: & tædet divinam pietatem, quòd homines ita sint citra rationem, ut claudicent in femitis suis, quasi in præruptis & decipulis pedis: igitur obviant scandalo, dum studet patrocinio. Ibi regnat industria pravitate, ubi florebat ingenium amoris: qui quidem est conversus in odium, considerans cogitationes ingredientium in templum: igitur minime ingrediebantur, ut adorarent, sed ut offenderent: non ut adorarent Dominum, sed ut ruerent adorationis specie in immane præcipitium.

Et esse entitatem iniuria in specie reverentia.

Spretum in templo divina auctoritas.

Psalm. 25. 7. In templo fit deum decus & habitantis honor.

S. Benedictus.

Hieron.

perfricta, fide violata, cervice in curva adorant in templo Venerem, dum ingrediuntur adorare crucem. Proh mihi! Infaustum sanè, quòd thronus gratiae, sit officina vindictae: quòd cathedra magistri docentis sit tribunal iudicantis. Thesaurizant sibi iram, ubi possunt thesaurizare clementiam. Disce ergo.

Statua Veneris collocata ubi crux fixa.

Non temerere Divos.

Virgil.

DIDASCALIA III.

Tardè velle, nolentis est.

1 A It Seneca lib. 2. de Benefic. 5. Utique, igitur qui tardè voluit, diu noluit: ademitque gratiae, quantum indulgit moralis. Congruit manus beneficium numeris, magis pedes: siquidem immotum est cor ad gratias, si immota beniginitas. Quid quòd sit velles in solio voluntatis, dum idem articulus esset morula nolentis? Unde Antonius Epig. 32. canit: Si bene quid facias, facias citò nam citò factū

Seneca

Gratia magna devotissima: magis elauda.

Gratum erit. Ingratum gratia tarda facit. Nihil æquè amarum, quam diu pendere. Aequiore quidam animo ferunt spem fecundam abortivi, quam ultra tempus parere: etenim iucundius praedidit, quam dissolvitur. Elicta vanitatis est fomes ingratitude. Plerisque (inquit Seneca ubi supr.) hoc vitium est, ambitione prava differendi promissa, ne minor sit rogantium turba: quales regia potentie ministri sunt, quos delectat superbia sua longum spectaculum, minusque se iudicant posse, nisi diu multumque singulis, quid possint ostentent. Nihil confestim, nihil semel faciunt. Athalaricus studuit auctoritati superbia, accipitium affirmatione, ut beneficiorum pretiositates à difficultate pendere consecutionis. Habet hoc enim humana conditio (scribit apud Celsiodorum Var. lib. 9. Epist. 24.) ut celerius adepta fastidio sint. Omne pretiosum vilescit oblatum, & contra dulcius accipitur, quod sub aliqua dilatione praestatur. Ignoravit beneficium, dum nescivit modum; siquidem ubi in beneficio sibi consuluit, accipienti denegavit. Non sunt beneficia, quibus abest gratia: & abest gratia, si intercedit morula.

Ingrata gratia quae

Aufon.

Seneca

20 Modus praesentiae in templo exponitur à Davide. Circumdabo altare tuum Domine, ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua. Perperam homo ingreditur, si vox Dominicae laudis in templo non exauditur: igitur vanis verbis, rimulo moventibus, & fatuis cordibus, non erit sanctuarium Catholicorum, sed Ecclesia malignantium. Locus est habitationis gloriae, & fas non est, quòd locus sit ignominiae: quandoquidem ibi fulget domus decor, & coli debet maiestatis honor. Si cum hominibus potentioribus volumus aliqua suggerere, non praesumimus nisi cum humilitate, & reverentia; quanto magis (ait D. Benedictus S. Regul. cap. 20.) Domino Deo universorum cum omni humilitate & puritatis devotione supplicandum est? In loco ubi crux Domini fixa, ibi à Gentilibus collocata fuit Cupidinis statua; ut referunt Hieronymus Epist. 13. ad Paulin. & Ambrosius in Psalm. 43. Conatus Gentilium est propudium Christianorum: igitur fronte

Celsiodor.

Non est gratia, si adest morula.

Gratia que tarda est, ingrata est. Gratia namque

Aufon.

Quam fieri properat, gratia grata magis. Succinit Aufonius Epig. 31. Acumini non suffragor: igitur gratia quae non prompta, non est gratia.

2 Gratia & veritas: dicitur à Joanne. 822. Con.

Coniunctio ingeniosa. Quenam gratia non vera? Quae non prompta: igitur inficiatur in beneficio enitente, qui à gratia secluserit promptitudinem. Venit Eliezer, ut sponfam Rebeccam duceret Isaac: iungiturque veritatem cum gratia, citò in matrimonium domini sui concessa Rebecca; quippe gratia quae fera, nulla gratia. Gratiam plenam inquisivit, ubi citò remitti cum Rebecca cogitavit; igitur per concessionem gratiae promptitudinem, gratiae intendebat cognoscere veritatem. Venit Abraham, dicitur, ut plangeret coniugem. Venit, id est, Citò: uti vidimus in Exposit. litter. num. 32. Venit, quia venit citò, & planx, quia citò venit: etenim haud esset gratia, quam comitaretur, aut sequeretur mora.

3 Delata à Mardocheo proditione duorum militum, Regem Assuerum iugulare cupientium; Praecepit ei Rex, ut in aula palatii moraretur, datis pro delatione muneribus, tunc pro tempore congruis, estò officio haud adaequatis; quousque amplioris auctoritate mercedis, decursu temporis possit remunerari tanta fides. Tandem quae nonnumquam volat in aula, venit hora. Mirabile tempus, quo in regia aemulatur virtus. Nesciunt Principes, quia dormiunt. Scient, si legerent; & dignos utique legerent, si vigilarent. Quid pro hac fide (dixit Rex) honoris, ac praemij Mardocheus consecutus est? Nihil omnino (responderunt aulici, in dignandum à Principe propensum, vel ut venderent fumos, vel ut per illos transferretur honos, & lateret utilitas, quò propendebat auctoritas) mercedis accepit. Nihil: iam uti nulla, quae aemulabantur ut magna: Ponderantur merita & praemia in statera affectionis; & mendaces filij hominum in stateris. Abominabile pondus & pondus

4 Liqueat dubium obvium. Si recipitur peregrinos inter aulicos, non est honos? Quomodo nihil accepit in familiarum regiam acceptus, qui in civitate ingressus est peregrinus? Magnum civitate donari, quid si habitatione regiae? Ergo fidei magna fuit remuneratio: nihil omnino. Praecepit Rex ut in aula palatii moraretur, & ibi expectaret dignam tanto beneficio mercedem: inquit Sanctius hic. Praemia expectare iussit, & Mardocheus nihil mercedis accepit; quoniam quae gratia fera, non reputatur ut gratia. Quaeque munera gratiosa erant, ceterum tanta expectatione ingrata: igitur licet magna operiretur à magnifica regis liberalitate; ampliora iam merebatur expectatione, quam fide.

5 Causam exponit Seneca ubi supra.

Gen. 24. 27.

Gratia vera, gratia promissa.

Gen. 23. 21.

Esth. 1. 1.

Affectus merita adferunt, & de. frui.

Ibidem s. 6. 3.

Sanct.

Gratia vera, si est gratia.

Ubi in tadium adductus animus, incipit beneficium odisse, dum expectatur. Beneficia remedia sunt: & dum expectantur, oritur tadium, ex eò quòd beneficia non sint remedia, sed vulnera. Remedia sunt: & remedia non sunt, quippe si tarda, advenient quando non profunt, vel postquam perlatum malum. Constat ex Textu. Mardocheus morabatur in aula, expectavit opportuna praemia. Obtinuit: & nihil omnino mercedis accepit; quia in mercede, est copiosa, venit remedium, ubi ille & genus illius gladium habebant ad iugulum. Vernaculè: Vno el favor, quando todos estavan tan cerca de percer. Vel, Llegò la gracia, quando estava pereciendo el, y toda su familia. Nullam omnino mercedem accepit, si mercedem expectavit. Si le mandan aguardar, es señal que no le han hecho merced. Quenam enim merces? Nihil est tanti: igitur in mercedis expectatione vel excessivam superabant expectatione.

6 Accidit cuidam, gratiam à rege petenti, quòd illi Princeps responderet: Nolo. Gratias dedit illicò. Quo inruit, Rex dixit, si postulata nego? Quia arcetur spes, & exulat expectatio. Aequiore stomacho fertur, spem praeficiendi; quam expectatione trahi: & incundius est, scire non esse remedium; quam spectare nullum; igitur habetur modò laboris excusatio, quae aequivaleret beneficio: & iurè debentur gratiae laboris excusationi. In tarda gratia non tantum fatigatur gratitudo, sed patientia; quae quidem lubitò renunciaret, si petijset: radioque afficitur animus, eò quòd difficile facile, & facilius difficultatis: siquidem propter molestam cunctationem gratiae, facilius est impetrare, quam accipere. Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Spes deleat, expectatio gravat: & in dolorum gravamina, semper hominibus necessaria patientia. Patientia doloribus necessaria est. Quiniam ex bonis dolor? Expectatio. Si non promissa, nulla inest cordi poena: quorumdam bonorum, sicut & malorum intolerabilis patet magnitudo; ex felicitatis desiderio: & patientiam suggerit Paulus ad bona, quasi essent mala; quoniam ad spectanda bona promissa, non est homini patientia.

7 Haec de gratijs breviter: sed aliorum proponenda de cunctatione iudicium in expeditione litium: igitur his morulis arte fictis, pereant ministrorum animae in inferno tribunalis. Vix Domini misericordia & veritas & iudicium. Id est, misericordia, iustitia, & iudicium; ut fiat iudicium de misericordia.

Seneca.

Est misericordia, & non remedium.

Cur placet placere negata, quam praemissa.

Hebr. 10. 36.

Ad praemissa expectanda non est patientia.

Iob. 3. 2.

Non sibi vivit, qui sibi consulere debet.

Erasm.

Ioan. 19. 26.

Luc. 23. 43.

Artiora sunt vincula muneris, vinculis sanguinis.

Si differatur expectatio, est desperatio.

sericordia & de iustitia: hincque iungitur veritas; quoniam utraque in tribunalibus fallax. Pingit lassitudinem Iudex, ne incumbat causa: exaggerat attonitum caput, & sine quiete cerebrum; ut gaudent quiete. Omnia fida, & licet essent vera; Vel audi, vel non sis Rex: dixit vetula Philippo, ut refert Erasmus in Apophthegm. lib. 4. Vel officium dimitte, vel muneris incumbere. Non sibi vivit, qui alijs consulere debet: igitur prior est expeditio litigantium, quam proprium commodum.

8 Christus, o iudices! in cruce mortuus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. In ligno erat caecus, vulneribus defessus; sed ligno ut officio fixus. Respondit exactè muneris, estò proximus tot cruciatibus morti. Homo vilis, latro scilicet, petitionem ante tribunal misit, ut iudex cum à delictis absolveret. Haud suspicatus est excludi posse, nec Principem excusari; quem viventem videbat, licet in cruce. Illotum etiam iudex videbat matrem desolatam, delitunt, atque morore confectam. Ceterum vel animam agens utriusque causam respexit, expeditit, atque muneris respondit; dicens Marti Virgini: Mater, ecce filius tuus: & Latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Ecce decreta Principis: sed quodnam prius? Pro Matre, vel pro Latrone? Pro Latrone. Latro prior Matre: Utique. Rex erat: & prius est officium, quam proprium emolumentum. Pro matre postulabat affectus, pro latrone status. Non propria curat, qui publico bono exponitur; & Matre pro latrone supplice abdicatur; quoniam artiora sunt vincula muneris, vinculis sanguinis. Totus iusticia debet esse, cuius manus tradita virga iusticiae: & Christus iudex, pro tunc obliviscitur matris, meminitque Latronis; quia multoties ob iuris cuiusmodi oportet regem prius audire & exaudire vilem latronem, quam afflictam genitricem.

9 Perpende momentum prioritatis in decreto, ut salutaris esset urgentium negotiorum expeditio. Protracto matris patrociniò, quid: Nihil intererat. Si differretur causa, Latro peribat. Quia fera, non esset expeditio, sed desperatio. Hispan. No despacho, si despecho. Anima pendebat è diligentia, & ibi incubuit, ubi animarum pericula, remittens cum palma Latronem, quamvis patiebatur crucem: igitur in regimini decus, libelli supplicis promptissima subferribat expeditio: ut non periret vel Latro. Respicere matrem, erat geniti rationale obsequium: iuvare poenitentem latro-

nem, erat iudicis officium: & praeterit diligentiam pro matre, dum in tribunal agitur de latrone; quia ubi causa in iustitia, in officium iudex debet intendere, & non in alia: igitur pro auctoritate legum, non matrem debet respicere, sed officium.

10 Iustitiam implorabant sola mater, & Latro pendens. Duplicem causam iudex pra oculis habebat. Utraque instabat: & prius absolvit causam Latronis, quam matris; quoniam sententia non ferenda pro materia, sed per iura: etenim prius est, quòd primum est; & primum est, ubi praevaluerit ius: quòd quidem in causa infelicitate caderet, nisi causae genitricis, quae posterior, praevaleret. Opitulari matri erat utilitas iudicis. Latronem absolvere, commodum, atque libertas Latronis: & pro Latrone prius pronuntiatur suffragium; ut pro potiore iure qui iudex, sui obliviscatur & suorum: quippequam vel in iudicio perspicuo suspecta lex, dum in causis decernendis prius quaeritur, quae sua sunt. Foveret matri, quae poterat postea favori. Latroni, nisi tunc, nequibat opitulari: & illicò ius circa acta latronis dicitur quippe si tantisper sententiam iudex differret: qui absolvi poterat Latro, omnino sanè periret.

11 Nota. Memento mei, dicit, cum veneris in regnum tuum. Petit uti supplicem memoriam, & iudex concessit gratiam. Hoc est verè signum recordationis, collatio scilicet muneris: quippe honor est beneficentis, & splendor dignitatis; quòd memoria, cuius dans obliviscitur in prompta gratiae vel mercedis collatione, per gratitudinem transeat, ut vivat in recipiente: siquidem summa gratia, ubi gratia pro memoria. Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Hic faciet, quippe eius est regnum, conferre hominibus beneficium: vel nobilitas disponit, dum supplicibus favor, priusquam in regnum veniet. Cum veneris. Modò non, quoniam gravat arte crux. Non est tempus, ut mihi subvenias, quousque in regnum venias; sed ut tibi consulas. Cum veneris, memento mei; ut mihi bene sit: & Christus tunc concessit, quòd à Latrone audivit; igitur tunc maiestatem tribunalis decorat, dum iudex facit ultra quòd libellus indicat. Post illud tribulationis tempus petit absolutionem, & Christus tribulatus ei concessit gratiae promptitudinem, & dati celeritatem. Plus clamavit Principis liberalitas, quam Latronis desideravit cupiditas. Nulla ab homine fit gratia sine gravamine, atque poena expectationis: & gratiam Christus elargitus est Latroni, tunc & in momen-

Iudicis officij fuit.

Ordo iuris dicendi in causa.

Luc. 23. 42.

Summa gratia, ubi gratia pro memoria.

Gratior est beneficium, cum Latronis excusatio.

to temporis; ut magis haberet accipientem gratum, quia tunc concedebat donum, & temporis beneficium.

12 Tunc. Hodie (respondet petitioni memoria) mecum eris in paradiso. Hodi: Utiq;e. Hodie Domine, & es in Crucē? Hodie. A planta pedis usque ad verticem capitis non est sanitas in carne, & stas iuri? Summa adest mortis anxietas, & decernis causas? Et latronis? Et dudum blasphemantis? Ubi thronus, ut accipias, & subscribas acceptos precum libellos? Veniat crās. Si crās, non venit. Hodie erit, quia venit hodie. Hodie dicenda sententia, quia hodie in tribunal introducta causa. Haud expectavit exitum, ut sit felix. Hodie egredietur cum palma latro supplex. Hodie habebit gratiam, quia hodie clamat ad iustitiam. Profecō turpe, quod crās audiat, quiquis clamat hodie. Ad quid expectandum usque manē, qui vociferatur vespere? Qua lege crās faciendum, quod faciendum hodie? Ut quid crās relinquendum ambiguitati, si hodie quit fieri? Hodie. Hodie erit absolutio; igitur si procrastinatur expeditio, inveniet mortuum, & decretum iudicis etiā omnino propitium, omnino vanum.

13 Obiter notandum Ambrosij acumen in huiusmodi articulo; ne in iudicibus sit causatum oscitatio. Scivit (inquit serm. 23.) quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera, sed latronis: atque ideo plus amare cepit, postquam in corpore eius sua vulnera recognovit. Luculenter: si scire vis, quid fit peccatum; contemplare pendentem in cruce Dominum. Si vis efficaciter declinare; respice in faciem Christi tui: igitur pulsabit ad ianuam peccatoris penitendo, si meditatur anima, dum hoc in viciis, quid erit in arido: Filio proprio non pepercit: servo ne parceret: Suffocetur ergo in fluxivo lachrymarum iniquitas, maxime dum patet Redemptoris supereminens charitas: igitur quæ non rapuit, exolvit; & ut vulnera non essent, vulnera sumpsit. Latronem, illi cō ut sua in Christo respexit vulnera, in lachrymas impulit respicientia, confitens errata: & amare cepit, cognoscens quod non cognovit, discens ex his quæ passus, quanta pateretur Christus. Iudex iniquus aliquando Latio fuit, & inexorabilis, & inflexibilis: modò affigitur cruci uti reus, & dignè: fludetque implorata clemētia penitentiā; ut iudices discant promptè causarum incumbere expeditioni: siquidem celeritiam decernerent, quæ arte, ac malitia in infinitum usque procrastinantur; si quod ipsi

Expedi- tio cau- sarum prompta sit

Am- brof.

Revoca- tio pecca- toris in- fluita Dei, & charitate Christi.

Remediū in re- ven- tionem expeditio nis cau- sarum.

fecerunt perpeti, patenter. Citò ab illis exitum haberet causa, si sustinerent prorogationis vulnera.

14 Hodie, dicit Christus Latroni, terminandum est iudicium; quia præiudicium, ni finiat hodie. Nesciunt iudices, quantum noceat litium comprehenditio, & terminorum productio. Hinc sine termino lites, & plenæ valere leges. Hodie fiet, ut fiat. Peccat Adamas, & actutum Dominus Ubi erit? Sicut. In conspectum iudicis veniat: respondeat: & non evacuata obiectionibus causā, in illam statim fulminetur sententia: igitur concessio longioris temporis, nequam est, ut obiecta eracuer, sed ut iura involuerē conculcet: non ut respondeat, sed ut commenta in excussationem fingat. Adultera in iudicium adducitur, & ibi causa discutitur, & decernitur. Statim. Nemo te condemnavit: Nemo Domine. Nec ego te condemnabo. Vade. Si purgata est causa, vadat in pace. procedat liberè: ad quid igitur moram? Non est causa? Intende, quid post huiusmodi articulum dixerit Dominus. Ego sum lux mundi. Aptè. Illuminat iudices in decernendis causis. Quorsum prorogatio litium? In iudicium & ministrorum emolumentum? Si iniqui causa, cedat pœnæ: ut si evacuatur obiectio extemplò vadat in pace.

15 Nihil ab illo prorogatur, nec in crastinum producitur. Implorat Magdalena, & ei dicit: Remittuntur tibi peccata. Homo hydropticus erat ante illum, & cum accumberet, extendens manum, apprehensum sanavit eum, ac dimisit. Lacer ille alius in grabato, & confessione præmiis de morbo, ac de valore propositi; & statim sanus factus est homo ille. Dormit in navi, periclitantur discipuli, surgit, & fugata procella, Facta est tranquillitas magna. Vidit Zachæum & illi ait: Festinans descende; quia hodie in dono tuo oportet me manere. Sic plura in Historia Evangelica. Hodie, & festine? Utiq;e. Pendet momentum ab ipsa festinatione. Nescit tarda molimina gratia: quid iustitia? Haud placet, quod reus in domum iudicis veniat, ni iudex in domum delinquentis vadat: & dicit iudex quod illum oportet, dum iudicium diligit; quippe deus est iustitiz, quod fiat festine & fiat hodie. Quia causis fatigantur iudices, nulla ab illis dimittitur causa: & iudicis iudicem exponunt exemplatū cogitent quantum boni publici nocumentum in dilatione causarum: igitur ille causas expedit, dum ad mensam recumbit, dum quiescit, dum ambulat, dum templo appropinquat, dum sedet, dum præterit, etiam dum animam agit. In plau- sum

Genes. 3. 9. Indulgen- tia reemi- norum in iite nō est ut causa clareat, sed ut do- lus pro- deat. Ioan. 8. 11. Verf. 12.

Luc. 7. 4

Ibid. 137. 14. 4. Ioan. 5. 9. Marc. 4. 39. Luc. 19. 5.

Nulla est Principi requies in causa rum expeditio ne.

sum enim iustitiz oportet Principem non tantum stantem mori; sed officio, morientem etiam vigilanter incumbere. Pro iudicium schola canit Homerus de Agamemnone Illiad. 2.

Hom.

Vigilan- tia sym- bolium.

Fatuus indigni iudicis.

Genes. 18. 8. 9. Verf. 10.

Principi non remittat ministris causas, quas per se expedire possit.

momento. Quod hodie petitur, & post annum non dissolvitur; si dirigitur immediatè Principi, fit celeriter & hodie.

18 Promissionem audivit mater futura, & risit, quasi prole desperata; vel irrisit. Nonne conceditur, quod tot annis desiderabat? Profecō. Ideo ridet, siquidem pignus tot annis desideraverit. Gratia est, sed protrahitur: & licet beneficium, si prorogatur, ridetur: quandoquidem, est si, diu velle nolentis est. Cupiebat anxie domus inclytæ hæredem: promittitur, cum pervenisset mater in senectutem, & non absolute, sed conditionate. Vita comite: rideturque Sara, vel dum audit à iudice completa vota; quippe pretio expectationis omnino molesta. Ridet potens supplicem, dum promissis constituit expectantem. Ridet dum promittit; & expectans ulciscitur, dum accipit quippe huiusmodi concessio beneficiorum, etiam in modestioribus provocat risum. Quæ in Angelis lucent mysteria, in iudicium expeditionibus sunt officia: quæ ita falsidunt (vel dum ad placitum veniant) ut quæ coram dicis gratia verbis æstimant, occultè propter diuturnitatem expectantem, totis visceribus rideant. Causam prorogationis causarum aliquando indicabo. Utinam exulare à mundo! Prompti ergo sint iudices in litigatorum audientiam, ut expeditiones causarum dicant suffragantium, aut refragantium iustitiam. Aures semper ad audendum patulæ, ita sint portæ. Innui Solozanus Emblem. 55.

Ibidem

Beneficia sera ridetur, non affinantur.

Porta in dicum patulæ.

Soloz.

Ergo ministrorum populo sint ostia plura, Regale ut Numen quiquis adire queat.

DIDASCALIA IV.

Pretiosa lachryma, & felices.

1 Ta lachrymas extollit Bernardus tract. de Contemp. mund. Felices, quæ signa infelicitatis? Pretiosæ, quæ nullius momenti nisi in indicem amaritudinis cordis: Nulla res tanti momenti. Unio- nes lachryma: dicit Pierius Valerianus lib. 41. cap. 43. Proprium utiq;e symbolum: igitur sicut unio designat infirmitatem conchæ, ita lachryma morbos offendit animæ. Margaritæ concipiuntur atque nutriuntur in mari, cuius aquæ amarissimæ: non secus lachrymæ: siquidem ex amaritudine peccatoris, profiliunt oculis, mirantibus tantam ex amaritudine dulcedinem, tantam

Ber- nard.

Margaritæ symbola lachrymarum.

ex